



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 188. Bearniaë Principatus Galliaë imperio unitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

„haberent, nullatenus permittere, ut Sæc. XVII.  
 „Provincia ab extero mitite vastetur, Sæc. 1617.  
 „atque diripiatur“. Attamen haud mi-  
 randum, quod hi Protestantes Silesitæ  
 feditiosos in sua erga legitimum suum  
 Principem rebellionem firmare non dubi-  
 tarint, cum paulopost ipsum Ferdinan-  
 dum Regem suum Regno abdicandum,  
 aliumque esse eligendum, decernere, Anno 1619.  
 non erubuissent. 21. Aug.

## §. CLXXXVIII.

*Bearnicæ Principatus Gallicæ impe-  
rio unitus.*

Qua parte Pyrenæi montes ab Hispa-  
 nia Franciam dividentes in Aquis-  
 tanicæ latus Australe sese demittunt, si-  
 tus est Bearnicæ Principatus, qui a Jo-  
 anna Labretana Henrico IV. Filio suo re-  
 lictus fuerat: eo regnante Bearnenses  
 populi suo pte quodammodo genio, le-  
 gibus, ac Religione utebantur: Ludov-  
 icus autem hujus nominis decimus  
 tertius Henrici filius ac hæres hunc  
 Principatum Gallicæ coronæ & legibus  
 unire constituit: Verum Calvinistæ,  
 quorum Secta ibidem unice vigeat,  
 huic unioni acriter reclamabant, hanc  
 Regiminis vicissitudinem suæ Religioni  
 & privilegiis exitialem fore suspicati:  
 Rex tamen sui propositi tenax Bearnen-  
 sibus

*Gramond.  
Hist. l. 3.*

Sæc. XVII. sibus, ut huic unioni subscriberent, A. C. 1617. persuasit, refractarios autem edicto ad assensum adegit, quamvis postea Calvinistæ in Regem suum rebelles Renatum, quem Rex ad eos Legatum miserat, contumeliose ejectum, consputum, irrisum, omnique contumeliæ genere præsertim auctore Jacobo Forcæo Pro - Rege Calvini studiosissimo affecissent, eo quod hic Legatus ibidem leges Regias ipsis parum gratas promulgare jussus esset: unde Rex ad coercendos hosce rebelles Sectarios copias suas eo mittere cogebatur, uti postea referemus.

*Vid. ad ann.*  
1620.

§. CLXXXIX.

*Idem Principatus Catholicæ Religionis restitutus.*

*Abrege  
chron. de  
l'Hist. Gall.  
l. 3. p. 196.*

Quamvis Religio Catholica in Bearnensi Principatu per plurima sæcula quietam conservasset possessionem, & nonnisi anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo nono Calvinii Secta e suis cunis ad hanc ditionem per Joannem Labretanam Henrici IV. Matrem transplantata esset, nihilominus Bearnenses Calvinistæ depontanum suæ sectæ ac possessionis senium jactitabant; iniquas autem horum querelas flocci pendens Ludovicus Rex promulgato edicto Orthodoxos ritus & doctrinam, Religionem-  
que